

# ”De iustitia et iure”

(Manuscrito de Fr. Juan de Guevara, O. S. A.,  
siglo XVI)

POR

BONIFACIO DÍFERNAN, O. S. A.

Otro manuscrito arrancado al polvo de los siglos. Más historia. Más doctrina. Más verdad.

La vida y obra literaria de Fr. Juan de Guevara, la hemos expuesto en nuestro trabajo titulado «La Orden Agustiniana y los estudios jurídicos en la época clásica Española». También hemos recordado parte de sus méritos y estudios, en la introducción al manuscrito que precede.

Sólo nos queda en el presente trabajo identificar el actual manuscrito en esta introducción a su copia e interpretación.

También pertenece el manuscrito «De Iustitia» al grupo Escurialense, conservado en el «Varia» de dicha Real Biblioteca con signatura, & IV, 27, perteneciente a Juan Ventero, vecino de Cercedilla que se incorporó a la Real Escurialense en los primeros días de ésta.

Lo mismo que el manuscrito «De homicidio et iustitia commutativa», no está firmado, pero las pruebas críticas nos llevan a atribuirsele a Guevara.

En el códice aludido se conservan manuscritos de varios profesores de la época. Todos ellos, copias tomadas directamente de las explicaciones de clase o reproducidos por éstas, como, lo prueba el descuido gramatical que a

veces reflejan. Tampoco presenta el «Varia» unidad de letra. Algunos de estos manuscritos presentan la misma letra que el manuscrito de la Biblioteca Otobeniana N.<sup>o</sup> 287 de Uceda O. S. A sobre la introducción a la teología.

Los dos primeros manuscritos son atribuidos a Guevara. En el primero «De Correptione Fraterna» encontramos las iniciales de este preclaro Agustino en el folio primero.

Este folio y el segundo son una introducción al trabajo doctrinal. Se plantea propiamente la cuestión en el folio 2 r. y en este folio, en el primer margen, y en la parte superior, se lee «Guevara».

El segundo manuscrito del «Varia» tiene el mismo nombre en el lado izquierdo superior del primer folio, 49 v. del códice. Al encuadernar el manuscrito, queda el nombre en el mismo margen. En el último folio 64 r. del Códice, queda en blanco parte de la cara del folio y tiene nuevamente el nombre: «M. Guevara».

En el siguiente folio, 65 v., del «Varia», comienza el M. S. «De Iustitia». De este tratamos en el momento presente.

No tiene firma alguna. Sin embargo puede observarse el primer folio: Tiene dos paginaciones. La primera tachada, que es 67, y debajo la actual 65. Esto nos indica que el manuscrito tenía otros dos folios, que le fueron quitados al encuadernar el manuscrito dentro del «Varia». Pues comienza planteándose la cuestión plenamente sin introducción ninguna. Tampoco al fin tiene firma alguna. No nos debe extrañar, pues no queda lugar en el folio 80 r. en que termina, también parece haber sido privado de algún folio final. Indudablemente fue podado intencionadamente, pues han dejado la parte doctrinal de las cuestiones comentadas.

Sin embargo, en el primer folio, a pesar de las terribles mutilaciones que sufre el manuscrito al ser encuadernado, aún podemos ver en el margen superior al lado izquierdo un rasgo ilegible y mutilado que comparado con las fir-

mas de los anteriores manuscritos, es el rasgo inferior de la letra G., inicial de su nombre. Lo restante del nombre se lo llevó el encuadrador, lo mismo que el título del M. S. y parte de las notas marginales, que apenas si podemos interpretar alguna de ellas.

Posteriormente a este manuscrito, contiene el «Varia» otros tres sin firmar. Despues vienen otros de Báñez, Orellana, Cámara y Castillo, firmados. Algunos tambien sin firmar, cuando pertenecen al mismo autor del anteriormente firmado.

Aunque con estas mutilaciones desaparece la firma del autor, los criterios tanto internos, como externos nos aseguran la paternidad del Manuscrito. En orden, citas, maneras y expresiones, son los mismos que siguen los escritores agustinianos que confiesan seguir, y a veces copiar a Guevara. Inmediatamente posterior a Soto. En particular de Báñez, a quien pertenece el primer M. S. posterior firmado, se diferencia y denota una orientación distinta. Otro argumento aparece en su tomismo cerrado, tambien muy propio de Guevara.

Los Críticos P. Vela, etc. se, le atribuyen sin discusión a Fr. Juan de Guevara.

El contenido, es un estudio serio sobre el concepto «Ius» y «Iustitia» que desarrolla comentando las cuestiones 57, 58 y 59 de Santo Tomás sobre justicia.

S. THOMAS 2. 2. Q. 57. DE IURE

## UBI HAEC DISPUTANTUR

**Art. I. An ius sit objectum iustitiae**

Conclusio affirmativa.

Circa hunc artum. est 1.<sup>o</sup> notandum quod de hac materia disputat Aristoteles. 5. ethi. 1.<sup>o</sup> per totum librum, Cicero. lib. 1.<sup>o</sup> de officiis, Gracianus et iuris canonici interpres in decreto. distinctio 1.<sup>a</sup> iurisconsulti in ff. veteri tit.<sup>o</sup> de iustitia et iure et instituta eodem titu.<sup>o</sup> ex quibus locis multa desumit S. Thomas in hac materia. Apud magistrum sententiarum non est locus peculiaris ubi de hac re diseratur, sed doctores theologi diversis in locis materiam hanc tractant. Soto in suo opere lib.<sup>o</sup> 3. de iustitia et iure diligentissime est autem materia haec non solum utilis verum etiam necessaria ad multa dubia discernenda circa mores hominum.

2.<sup>o</sup> not. circa ordinem S. Thomas quod cum mens eius fuerit exactam nobis tradere cognitionem iustitiae et partium eius quod efficit ab hac qne. usque ad qnem. 123 ubi incipit agere de fortitudine rectissimo ordine. Priusquam agat de iustitia, agit de eius objecto quod est ius, quoniam unusquisque habitus et potentia suam essentiam et speciem desumit per ordinem ad objectum. Unde ejus cognitio exacta non potest haberi nisi per cognitionem objecti quod inde sumitur ultima differentia habitus unde Aristoteles. 2 lib. de anima tex. 33 ait qui tractatus est de aliqua potentia prius tractare debet de eius objecto quoniam per illud cognoscit sicut potentia visiva cognoscitur per colorem et ipse Arist. 5 ethi. cap. I explicat naturam iustitiae per ejus objectum ut probatur in argts. Sed contra S. Thomas.

**3 not. iustitiae ut includit virtutes...**

3.<sup>o</sup> Est notandum ex S. Crisostomo homilia 4. in Math. super illud Joseph autem cum esset ilustus etc. ex S Thoma in 4. d<sup>io</sup>. 17. q. 1. quod iustitiam bifariam accipitur 1.<sup>o</sup> generaliter prout includit in se omnes virtutes et observantiam omnium praceptorum secundum quem modum nullus dicitur iustus nisi qui pollet omnibus virtutibus, et haec acceptio frequens est in sacris litteris. 1.<sup>o</sup> Petri 4. si iustus vix salvabitur impius et peccator ubi parebunt. Et Math. 5. attenditene iustitiam. Nisi abundaverit iustitia vestra etc. ratio autem quare observantiam omnium praceptorum dicitur iustitiam haec est quoniam pracepta omnia dicunt ex natura sua dicunt quadam rationem debiti, debet enim homo illa servare et quia iustitiam inter omnes virtutes principaliter importaret dicit rationem debiti, observantia praceptorum merito iustitia dicitur. 2.<sup>o</sup> accipitur iustitia specialiter prout dicit virtutem quandam moralē distinctam ab aliis virtutibus et habet peculiare obiectum et peculiarem materiam ad quem modum accipitur Sapientiae 8. cum dicitur de divina sapientia sobrietatem enim et sapientiam docet iustitiam et virtutem igitur in praesenti disputatione tractamus de iustitia non 1.<sup>o</sup> modo, sed 2.<sup>o</sup> modo, et in hao 2.<sup>a</sup> acceptione summopere commendatur a philosophis iustitia. Cicero lib. 1.<sup>o</sup> de officiis cap. de iustitia ait illam esse virtutis maximum splendorem Arist. 5. ethi. cap. 1 ait iustitiam praeclarissimam omnium virtutum et neque Hesperus neque lucifer aequita admirabilis sicut illa.

Est ergo primum dubium circa literam S. Thomae ubi dicit esse proprium iustitiae dicere ordinem ad alterum unde hoc esse falsum. 1.<sup>o</sup> liberalitas dicit ordinem ad alterum ergo non est proprium iustitiae dicere ordinem ad alterum, ergo si dicat quis huic arg<sup>to</sup>. quod liberalitas respicit alterum non secundum rationem debiti sed gratuitū, contra iustitiam respicit alterum nam est ad sublevandam miseriam alienam et tamen iustitia dicit rationem debiti nam si quis sit in extrema vel gravi necessitate teneor illi

subvenire ex iustitia. Ergo hoc non est proprium iustitiae. Confirmatur: religio est erga Deum, pietas erga parentes, observantia erga maiores, et tamen omnes istae virtutes dicunt rationem debiti ergo illud non est proprium iustitiae.

3.<sup>o</sup> arguitur: iustitia aliquando non respicit alterum sed ipsummet operantem Ergo consequentia patet, antecedens probatur iustitia aliquando non respicit alterum sed ipsum operantem ergo etiam iustitia, consequentia, probatur quoniam opposita versantur circa idem sicut temperantia et intemperantia circa cibum, fortitudo et timiditas circa pericula mortis. antecedens autem probatur, si quis interficiat seipsum ille commitit iniustitiam ut docet S. Thomas infr. qu. 59. ar. 3. ad. et tamen ista iniustitia non est ad alterum sed ad seipsum. Confirmatur: Si duo sint in extrema necessitate et unus illorum habeat panem iste refinendo sibi panem operatur secundum iustitiam ergo iustitia est ad seipsum. Pro explicatione hujus dubii not. quod duplicitate potest homo ordinari ad alterum. 1.<sup>o</sup> secundum rationem gratuiti ut cum pro voluntate sua libera quis elargitur alteri pecunias, 2.<sup>o</sup> secundum rationem debiti et hoc rursus duplicitate 1.<sup>o</sup> secundum rationem debiti ex ordine charitatis aut vero ex alio naturali ordine sicut filius ordinatur ad patrem, 2.<sup>o</sup> secundum rationem debiti ex pacto aut conventione utrum in omnibus contractibus aut etiam ex damno illato ut in furto et aliis injuriis. cum ergo S. Thomas asserit esse proprium iustitiae ordinare ad alterum intelligendum est non de ordine secundum rationem gratuiti neque vero rationem debiti ex ordine charitatis aut alio naturali ordine sed secundum rationem debiti ex pacto et conventione aut damno illato. Unde ad primum argumentum responsum est bene ibi in argumento liberalitatem ordinare ad alterum non secundum rationem debiti sed gratuiti. Ad 2. respondeo iustitiam ordinare ad alterum secundum rationem debiti non tamen debiti ex pacto aut damno illato sed ex ordine charitatis. — Ad confirmandum respondeo 1.<sup>o</sup> omnes istae virtutes dicunt

rationem debiti non ex pacto aut damno illato sed ex naturali quodam ordine. 2.<sup>o</sup> R. quod istae virtutes respiciunt alterum et dicunt rationem debiti quatenus participant ipsam iustitiam aliquo modo sunt enim ut inferius videbimus partes potentiales iustitiae ex hoc autem non sequitur quod non sit proprium iustitiae respicere alterum sicuti aqua per calorem quem participat ab igne est calefactiva nihilominis tamen proprium est ignis calefacere. 3.<sup>o</sup> R. quod ut ait S. Thomas art. 4. hujus q<sup>uis</sup>. iustum paternum et iustum dominativum non dicunt simpliciter iustitiam quia non sunt ad alterum simpliciter, sed secundum quid, nam filius ut ait S. Thomas non est simpliciter aliquid altena patre sed est aliquid patris et servus aliquid domini, et idem possumus dicere de religione quia creatura est aliquid Dei. cum ergo dicimus esse proprium iustitiae esse ad alterum intelligendum est de ordine ad alterum simpliciter.

Ad 2. argumentum respondeatur negative . antecedens ad probationem negatur assumptum et ad ejus probationem. Repon. quod homo qui seipsum interficit bifariam potest considerari. 1.<sup>o</sup> secundum se quatenus est quidam particularis homo, 2.<sup>o</sup> quatenus est pars reipublicae. Si 1.<sup>o</sup> modo consideretur, negatur quia seipsum interficiens faciat sibi iniustitiam (66) tum quoniam ipsius ad seipsum non est iniustitia tum etiam quoniam volenti et consentienti non fit iniuria ille autem et vult et consentit suaem morti, si vero consideretur ut est pars reipublicae fateor quod ille committat iniustitiam seipsum interficiens sed haec iniustitia ad alterum est, nempe ad rempublicam et reipublicae fit iniuria quia neque vult neque consentit morti illius, sed si roges contraria quod praeceptum peccat, si primo modo consideretur respondeatur peccatum contra charitatem quia tenetur diligere seipsum sicut proximum et haec solutio est S. Thomae infra q. 59 loco citato.

Ad confirmandum respondeo quod sicuti ejusdem ad seipsum non est amicitia sed est aliquid maius amicitia

nempe unitas et identitas sui ipsius ita ejusdem ad seipsum non est iustitia sed est aliquid maius iustitia, nempe propensio naturalis et inclinatio ad seipsum et bona sua tuenda et secundum hanc propensionem et inclinationem is qui retinet sibi panem faciet non secundum iustitiam.

Secundum dubium est circa id quod ait S. Thomas quia rectum in materia iustitiae constituitur secundum se absque ordinem ad operantem, in materia vero aliarum virtutum constituitur in ordine ad operantem verum hoc esse falsum, 1.<sup>o</sup> autem S. Thomas loquitur de opere iustitiae formaliter quatenus proficiscitur a virtute aut loquitur de opere recto iustitiae materialiter secundum substantiam actus tamen si primo modo loquitur eis sententia aperte est falsa quia omnis actus prout a virtute proficiscitur debet esse ex electione firmiter et immoviliter et secundum alias conditiones quas habet Arist. 2 ethi. cap. 4. at omnes istae conditiones respiciunt operantem si vero loquatur secundo modo nulla prope est differentia inter iustitiam et alias virtutes nam etiam in materia temperantiae si quis comedat in debita quantitate illud opus est temperatum etiam si illud faciat propter materiale finem nempe propter vanam gloriam, 2.<sup>o</sup> arguitur; iustitia respicit potentiam aut impotentiam operantis ergo rectum in iustitiae materia constituitur per ordinem ad operantem consequentia est nota, antecedens probatur: si debeam Petro decem et potens sim ad solvendum teneor ex iustitia solvere si autem fiam impotens ad solvendum eadem iustitia me excusat. confirmatur: iustitia respicit alias circumstantias temporis et loci in ordinem ad operantem ergo rectum illius constituitur per ordinem ad ordinem ad operantem. Antecedens probatur etiam si debeam ego Petro centum si tum exigat illa a me media nocte aut cum sum extra opidum in itinere non teneor tunc ex iustitia solvere ergo iustitia respicit circumstantias loci et temporis. 3.<sup>o</sup> arguitur: si rectum in materia iustitiae constituitur absque ordine ad operantem sequitur iustitiam non esse

virtutem simpliciter magis quam ars. consequens est aper-  
te falsum, ergo et antecedens, falsitas consequentis patet  
quoniam iustitia est virtus cardinalis, sequela probatur  
sicuti rectum in arte constituitur ex ipso opere artificato  
qualiter se habeat operans ita rectum in iustitia.

4.<sup>o</sup> iustitia vindicativa est potissima pars iustitiae et  
tamen rectum in iustitia vindicativa constituitur per ordi-  
nem ad operantem, ergo et in ipsa iustitia absolute, con-  
sequentia cum maiore nota, minor probatur opus rectum  
iustitiae vindicativae est punitio et tamen aliter punitur  
qui alterum laesit ex ignorantia aliter qui laesit ex scien-  
tia. Confirmatur, iniustum et iniquum constituuntur per  
ordinem ad operantem ergo et aequum et iustum. Conse-  
quentia patet quia opposita sunt circa idem, antecedens  
probatur: magis iniustus est qui occidit hominem ex in-  
tentione quam qui casu et praeter intentionem quamvis  
ex aliqua negligentia culpabili.

5.<sup>o</sup> quia videtur esse contradictione in dictis S. Thomae  
nam in hoc ar. inquit rectum in iustitia praeter ordinem  
ad operantem constituitur in ordine ad alterum ubi aperte  
docet aliquomodo constitui rectum per ordinem ad agen-  
tem at vero in eadem ar. inferius ait iustum dicitur aliquid  
quasi habens rectitudinem iustitiae etiam non considerato  
qualiter se habeat agens ubi totaliter excludit ordinem ad  
agentem in hac q. Buridanus, 5. eth. q. 1. contradicit S.  
Thomae in hac parte motus. Arg.<sup>o</sup> 1.<sup>o</sup> a nobis facto sed  
pro huius rei explicatione not. multis modis differre inter  
rectum in materia iustitiae et materia aliarum virtutum.  
1.<sup>a</sup> differentia est rectum in materia temperantiae aut alia-  
rum virtutum non potest constitui nisi per ordinem ad  
dispositionem operantis, rectum vero in materia iustitiae  
potest constitui secundum se absque ordine ad operan-  
tem; v. g. si quis comedat duas libras panis opus istud se-  
cundum se neque est temperatum sed hoc consurgit ex  
dispositione operantis nam si operans indigeat tanta  
quantitate temperatum est, secus vero erit intemperatum.

At vero in iustitia si debo Petro decem et redbo Petro decem secundum se opus est iustum qualiter cumque sit dispositus operans verum fitque rectum in materia iustitiae est determinatum ex materia rei, rectum vero in materia temperantiae et aliarum virtutum constituitur per rationem, verum S. Thomas 12. q. 64. ar. 2. ait medium iustitiae est medium rei, medium vero aliarum virtutum est medium rationis. 2.<sup>a</sup> differentia est quae sequitur ex hac prima quia in opere temperantiae et aliarum virtutum maxime considerandum est qualiter agens sit dispositus ad illud opus in opere vero iustitiae tamen considerandum est qualiter opus se habet ad alterum. 3.<sup>a</sup> differentia est quod rectum in materia iustitiae est medium inter plus uni et minus alteri, rectum vero in materia temperantiae et aliarum virtutum est medium inter plus uni et minus eidem, v. g. furatus est a Petro quis decem tu plus habes quod debes habere, et Petrus minus habet quod debet habere, rectum iustitiae est ut reddas illi decem et istud rectum est medium inter plus tibi et minus illi ad vero in temperantia si plus comedisti quod necesse tibi erat rectum temperantiae est ut tandem comedas quantum indiges et hoc est medium inter plus tibi et minus tibi, pro solutione 1. arg. est notandum quod opus cuiuscumque virtutis potest dupliciter considerari, 1.<sup>o</sup> formaliter prout a virtute procedit et secundum conditiones quas virtus exigit. 2.<sup>o</sup> vero materialiter et secundum id tamen quod habet ex objecto praecesse ad argumentum ergo Respondeatur S. Thomas et nos loqui de opere recto iustitiae non ut procedita a virtute iustitiae sed secundum id quod habet ex suo objeto. 1.<sup>o</sup> quantum ad substantiam actus et materialiter unde ad Aris. respon<sup>tur</sup> illum loqui de opere morali virtutis, formaliter quantum a virtute procedit ad aliam autem probationem quod idem contingat in opere temperantiae Soto lib. 3 de iustitia et iure q. 1, ar. 1. dicit quod qui ieunat propter inanem gloriam non facit opus temperatum sed hoc videtur falsum. 1.<sup>o</sup> qui audacter

aggredit in bello facit opus forte etiam si ob inanem gloriam moveatur ergo etiam qui ieunat facit opus temperatum Quis moveatur ex inani gloria. (67) Consequentia patet ex paritate rationis, antecedens probatur quoniam alias pauci aut certe nullus esset qui operaretur opera fortia cum omnes ferme moveantur humana gloria. 2.<sup>o</sup> finis ille inanis gloriae est extrinsecus et accidentarius operi temperato, ergo non tollit quod opus secundum seipsum habet sed opus illud ex objecto suo est temperatum quia est commensuratum operanti, ergo hoc non tollitur per malum finem. Unde Caietanus hic libenter fateatur opus illud esse temperatum et nos cum illo idem concedimus sed negamus constitui opus hoc in esse temperati absque ordine ad operantem ut nam opus sit temperatum necesse est considerare dispositionem operantis ut diximus et in hoc est differentia inter opus iustum et opus temperatum, unde si iste plus comederet quod necesse habet iam opus neque esset temperantiae neque temperatum quia non esset commensuratum operanti. sed contra 1.<sup>o</sup> circumstantia mali finis non tollit opus esse temperatum ergo neque circumstantia excessus in quantitate cibi. 2.<sup>o</sup> si opus istud ubi est excessus non esset temperatum etiam gustum ad substantiam sequitur quod qui in die ieunii excederet in commestione frangeret ieunium etiamsi semel tantum in die comederet. consequens est falsum ergo et antecedens. Falsitas consequentis probatur, sequela probatur: praeceptum ecclesiasticum obligat ad opus virtutis quantum ad substantiam sed iste non facit opus temperantiae quantum ad substantiam ergo non implet praeceptum. Ad primum respondeo admisso antecedenti negatur consequentia ratio autem differentiae est extrinsecus et accidentarius operi temerata, quantitas vero cibi est de ratione operis temperati nam objectum operis temperati non est cibus utcumque sed cibus in debita quantitate. Ad secundum respondetur: praeceptum temperantiae duplex est alterum ecclesiasticum ut ieunium quadrage-

simile et vigiliarum, alterum vero est naturale ut cum quis tenetur abstinere a cibo et potu propter valetudinem corporis aut etiam ad continendam carnem in officio et reprimendas passiones dico ergo ad satisfaciendum 1.<sup>o</sup> praecepto satis fuerit servare conditiones ab ecclesia praescriptas in ieuniis ecclesiasticis, istae autem ut docet optime Caietanus in Summa verbo ieunium, sunt tres 1.<sup>a</sup> circa qualitatem cibi ut abstineamus a carnis. 2.<sup>a</sup> circa tempus commestionis ut non comedamus ante meridiem. 3.<sup>a</sup> ut fiat unica tantum commestio unde licet in commestione ipsa fiat aliquis excessus non propterea frangitur ieunium ecclesiasticum, ad satisfaciendum vero 2.<sup>o</sup> praecepto id tantum sufficit et requiritur ut tantum comedamus quantum necesse est ad utrumque finem nempe et bonam valetudinem et reprimendas passiones quod si sit excessus in hujusmodi erit peccatum veniale aut mortale juxta quantitatem materiae et nocumentum praevissum illatum, unde ad argumentum neganda est consequentia.

Ad secundum argumentum principale respondeo: 1.<sup>o</sup> ex Caietano, hic aliud est loqui de ipso recto et iusto, aliud vero de excutione recti ipsius et iusti dico ergo ipsum rectum et iustum non atendit potentiam aut impotentiam operantis. Executio autem ipsa recti et iusti ut scilicet de facto solvam quod debo considerat potentiam aut impotentiam operantis non enim teneor de facto solvere quando sum impotens ad solvendum, nos vero loquimur de iusto ipso et non de excutione iusti.

2.<sup>o</sup> respondeatur conditiones operantis sunt duplices quaedam quae tantum respiciunt ipsum operans ut quod sit taliter dispositus ad suam valetudinem, quaedam vero quae respiciunt alterum ut quod sim potens aut impotens ad solvendum alteri igitur rectum in iustitia nullo modo constituitur per conditiones primi generis unde autem potest constitui per conditiones secundi generis hoc enim

plus est constitui per ordinem ad alterum quam per ordinem ad ipsum operantem.

Ad confirmandum respondetur eisdem praecedentibus solutionibus quibus ad secundum argumentum principale.

Ad tertium argumentum principale respondetur negando sequelam, ad probationem respondetur esse latissimam differentiam inter rectum iustitiae et rectum artis.

1.<sup>o</sup> si rectum consideretur quatenus a virtute proficiscitur rectum iustitiae exigit omnes circumstantias bonas ut sit ex electione et recto fine etc. unde rectum opus iustitiae reddit operantem simpliciter bonum et rectum in arte etiam quatenus ab arte procedit, non exigit aliquam circumstantiam bonam unde opus illud non reddit operantem simpliciter bonum sed secundum quid nempe bonum artificem, item si consideretur opus ipsum materialiter et secundum se est differentia inter iustitiam et artem quia actus iustitiae versatur circa bonum morale, reddere enim unicuique debitum suum est bonum morale at vero actus artis versatur circa rem factibilem. quae non pertinet ad mores.

Ad quartum argumentum respondeo iustitiam vindicativam considerare conditiones operantis non tamen eas secundum quas operans disponitur praecesse in ordine ad se sed quibus disponitur in ordine ad alterum quod enim quis laedat aliquem ex scientia vel ignorantia eo plus punitur quia in maiorem vel minorem iniuriam tertii venit. Ad confirmandum similiter respondetur quod iniustum et iniquum considerat conditiones operantis quatenus per illas operans ordinatur ad alterum et hoc est constitui per ordinem ad alterum.

Ad ultimum respondetur: actus iustitiae dupliciter consideratur uno modo formaliter quatenus a iustitia procedit et hoc pacto certum est actum istum constitui per ordinem ad operantem, alio modo consideratur secundum se et materialiter et hoc pacto constituitur absque ordine ad operantem, ut autem S. Thomas utrumque doceat inter-

dum inquit rectum iustitiae dicere ordinem ad operantem et interdum illud negat quare nulla est contradictio quia loquitur secundum diversas considerationes.

3. dubium est circa conclusiones S. Thome an sit vera scilicet quod ius sit objectum iustitiae; videtur quod non. 1.<sup>o</sup> ius est quid posterius ipsa iustitia ergo non est objectum eius consequentia probatur ex Aristoteles 2 de anima tex. 33 et 34 ubi ait objecta esse priora potentias et habitibus, antecedens probatur ex Ulpiano iurisconsulto in l. 1.<sup>o</sup> et sequentibus de iustitia et iure, ubi ait: ius dicitur a iustitia id autem quod prius est non derivatur a posteriore ergo ius non est prius quam iustitia.

2.<sup>o</sup> ius idem est quod iustum non est objectum iustitiae ergo neque ius. consequentia nota, est Isodori et Arist. ut probatur in argumento. Sed contra minor probatur: iustum nihil quam operatio iusta, sed operatio iusta non est objectum iustitiae sed actus ei effectus ipsius, ergo iustum non est objectum. confirmatur: iustum idem est quod aequum et bonum, sed aequum et bonum non est objectum iustitiae sed est objectum cuiuscumque virtutis, omnis enim virtus respicit id quod bonum et aequum, ergo.

3.<sup>o</sup> si iustum est objectum iustitiae sequitur quod omnis operatio per quam fit iustum procedat a iustitia, consequens est falsum, ergo et antecedens: falsitas consequentis probatur: nam si quis reddat Petro decem quod illi debet, reddat autem prava intentione illa operatio iustum erit et tamen non est a iustitia quia est operatio mala. sequela probatur quia nulla operatio potest attingere obiectum alicuius habitus vel potentiae nisi sit operatio ipsius habitus vel potentiae sicuti color non potest attingi nisi per operationem potentiae visivae. Confirmatur: ubicumque est ultima differentia alicuius speciei reperitur ipsa species sed in isto actu reperitur ultima differentia actus iustitiae nempe objectum a quo sumitur ultima differentia ergo actus ille est in specie iustitiae ac per conseques procedit ab ea.

In explicatione huius dubii 1.<sup>o</sup> dicendum est de ipso nomine iuris, déinde de re. igitur quod attinet ad nomen ius ut aliqui dicunt dictum est a iubendo eo quod iubeat quid facto opus sit, ita Caleopinus. Sed Ulpianus iurisconsultus l. 1.<sup>o</sup> ff. de iustitia et iure inquit ius derivari a iustitia sed uterque modus dicendi eget explicatione ut verus sit.

(68) Notandum est ergo pro explicatione ex S. Thoma ad 1<sup>um</sup>. quod ius multipliciter dicitur, interdum accipitur pro lege in communi sive naturali sive positiva, interdum pro peritia legum, sed propria sua significatione et primaria ius accipitur pro aequalitate ipsa et rectitudine in ordine ad alterum et isto modo est objectum iustitiae. Quibus positis dico 1.<sup>o</sup>: si ius accipiatur pro lege hoc pacto commode ius derivatur a iubendo nam hoc pacto ius habet iubere. Dico 2.<sup>o</sup> si ius accipiatur pro peritia legum hoc pacto commode derivatur a iustitia nam peritia iuris ex ipsa natura iustitiae habenda est et ad hunc modum loquitur iurisconsultus, unde ipse subdit: ius est ars boni et aequi. 3.<sup>o</sup> dico: si ius accipiatur in propria sua significatione prout est objectum iustitiae nec derivatur a iubendo neque a iustitia. Probatur 1<sup>m</sup> quia ius isto pacto nihil habet iure sed est tamen aequalitas quaedam rerum. 2<sup>m</sup> probatur quia ius cum sit objectum iustitiae est prius ipsa iustitia, prius autem non derivatur a posteriori, unde in hac significatione non est ius derivativae speciei sed primitiae, quare non derivatur hactenus de nomine sed rei ipsa quae est ius notatur quod ius nihil aliud est quam iustum, ita habet Isidorus lib. 5. etimologiarum cap. 4 et Aris 5 ethi. cap. 1. Unde cum alii definiant iustitiam per ius dicentes, iustitia est perpetua et constans voluntas ius suum unicuique tribuens. Arist. definivit illam per iustum dicens iustitia est virtus secundum quam operativi iustum sumus, nimirum quia idem sentit esse ius quod iustum. Sed notandum quod iustum dupliciter accipitur uno modo pro operatione, alio modo pro termino ipsius ope-

rationis, v. g. reddis Petro decem quae illi debes ipsa redditio iusta est et rursus aequalitas illa quae resultat ex redditione iustum quid est et quod utroque pacto accipiatur apud S. Thomam probatur nam in hoc ar. ait iustum dicitur aliquid quia habet rectitudinem iustitiae ad quod terminatur ipsa actio iustitiae ubi iustum accipitur pro termino ipsius actionis et non pro actione, at in art. sequenti inquit ius sive iustum est opus commensuratum alterius. His suppositis ad dubium respondetur conclusio- nem S. Thome esse veram et illam satis probari autem Isodori et Arist. et ratione adducta a S. Thoma.

Sed dubitatur quo pacto accipitur ius in hac conclusio- ne an pro actione an pro termino actionis, respondetur et dico: 1.<sup>o</sup> ius in hac conclusione utroque pacto potest acci- pi sed diversimode nam si accipiatur pro operatione inte- lligendum est ius esse objectum iustitiae respectu actus interioris non respectu exterioris nam operatio exterior non potest esse objectum suipsius at operatio exterior est objectum interioris. si vero accipiatur ius pro termino operationes et est objectum exterioris et interioris actus.

2.<sup>o</sup> dico proprius et strictius loquendo ius hic accipitur non pro operatione iustitiae sed pro termino operationis. Probatur: objectum alicuius actus proprie loquendo est illud ad quod terminatur actio tam interior quam exterior ipsius habitus tendit in objectum mediante actu sed sic est quod id ad quod terminatur. Actio interior et exterior ius- titiae est ipse terminus et aequalitas a parte rei, ergo iliu propriissime loquendo est objectum iustitiae.

Ad 1 argumentum respondetur negando antecedens. ad probationem respondetur iurisconsultum loqui de iure non in propria et primaria significatione sed ut accipitur pro peritia iuris. Ad 2 respondetur quod ut dictum est ius utroque pacto potest accipi in hac conclusione ut dixi- mus; ad confirmandum respondetur ius non esse ut bo- num et aequum utcumque sed esse idem quod aequum et

bonum ut respicit alterum et secundum rationem debiti ut diximus 1.<sup>o</sup> dubio huius art<sup>ii</sup>.

Ad 3 argumentum repondetur objectum iustitiae sicut cuiusvis vitutis esse duplex alterum formale alterum materiale. Objectum materiale iustitiae est ipsum iustum secundum se. Objectum autem formale iustitiae est prout iubet apprehensioni rectae rationis secundum prudentiam nam ut ait S. Thomas 12 q. 60 art. 1 virtutes morales distinguuntur ex diversa ratione formaliter objectorum secundum diversam apprehensionem rationis per prudentiam dico ergo quia quando actus aliquis efficit ipsum iustum quod est objectum formale iustitiae tunc actus ille a iustitia necessario procedit quando vero tamen efficit id quod est objectum materiale tunc non procedit a iustitia. unde ad argumentum negatur sequela ad confirmandum concessa maiori negatur minor quia objectum quod est ultima differentia actus iustitiae non est objectum materiale sed formale.

## Art. 2. An ius convenienter dividatur in ius naturale et ius positivum.

### Conclusio affirmativa.

In hoc articulo est primum dubium quidnam sit ius naturale et quid ius positivum. Pro cuius explicatione notandum quod ius naturale bifariam potest accipi: 1.<sup>o</sup> large et communiter ut abstrahit ab ipso operante et respectu ad alterum. 2.<sup>o</sup> stricte et in rigore ut est species iuris quod est objectum iustitiae et respicit alterum hits suppositis respondetur et dico: 1.<sup>o</sup> si ius naturale accipiatur 1.<sup>o</sup> modo *nihil aliud est* quam inclinatio quaedam a natura ipsa homini indita ad propias operationes dirigendas sive in ordine ad se sive in ordine ad alterum ad quem modum servare propriam vitam diligere bona propria et alia huius-

modi est de iure naturali ita docet S. Thomas in 4. d. 33. q. 1 ar. 1. 2.<sup>o</sup> Dico si *ius naturale* accipiatur in 2.<sup>o</sup> modo proprio et in *rigore* ius naturale est *illud quod per lumen naturale intellectus cognoscimus esse faciendum et ad quod natura ipsa inclinat in ordine ad alterum*, haec definitio coligitur ex Cicerone in sua retorica lib. de inventione ubi inquit: ius naturale est quod nobis non opinio sed vis queadā innata affert et ex Arist. 5 eth. cap. 1 ubi ait ius naturale est quod ubique eamdem vim habet et non quia videtur hoc est non quia principi aut reipublicae visum est illud statuere unde ius naturale secludit omnem humanam constitutionem. Diximus autem esse id quod per lumen intellectus naturale intelligimus esse faciendum ut excludamus ius naturale a brutis animalibus quamvis enim largo quodammodo loquendo dicat aliquando ius naturale esse commune hominibus et brutis ut expresse ait iurisconsultus in 1: 1.<sup>o</sup> FF. de iustitia et iure tamen proprio loquendo in brutis non est ius naturale patet in brutis non est ius, ergo non est ius naturale, consequentia est evidens, antecedens probatur, in brutis non est iustitia, ergo neque ius quod est objectum iustitiae. Item in brutis non est lex naturalis proprio loquendo quia lex est dictamen rationis ergo neque ius naturale probatur quia ista mutuo se consequuntur ergo in brutis proprio loquendo dicimus esse instintum quemdam naturalem sive estimationem naturalem non autem ius naturale.

Pro ampliori explicatione hujus, sciendum est quia eorum ad quem lumen naturale intellectus inclinat est triplex gradus. 1.<sup>o</sup> est eorum quod cognoscuntur per lumen intellectus absque discursu et ratiocinatione sicuti prima principia bonum est faciendum malum vitandum, quod tibi non vis alteri ne feceris. Et non solum haec communia principia sed etiam alia particularia ut quia autor naturae sit diligendus quia proximo non sit huic malum inferendum.

2.<sup>o</sup> gradus est eorum qui cognoscuntur per lumen inte-

lectus cum discursu et ratiocinatione ita tamen quod colliguntur ex primis principiis naturalibus per evidentem consequentiam et hujusmodi sunt omnino praecepta decalogi nam praecepta primae tabulae colliguntur ex hoc principio, autor naturae est diligendus. Praecepta vero 2<sup>ae</sup> tabulae ex hoc principio colliguntur proximo non est inferendum malum. 3.<sup>m</sup> gradum est eorum qui colliguntur ex primis principiis naturalibus non tamen per evidentem consequentiam sed tamen probabiliter sicuti lex de non fornicando nam quod non sit accedendum ad alienam mulierem evidenter constat nam ibi est aperte ratio in iustitiae at quod non sit accedendum ad mulierem vagam maxima ipsa consentiente non est ita evidens sed tamen ex rationibus valde probabilibus hoc colligimus 1.<sup>o</sup> quia est contraria bonam educationem prolixis per se loquendo deinde quia ex hoc sequuntur maxima inconvenientia in republica quam si id liceret ut in plurimum homines non ducerem uxores. Idem existimo dicendum de usura quia licet non evidenter colligatur esse contra ius naturae, tamen valde probabiliter colligitur quia in usura aut una res bis venditur res quia non est digna pretio ut inferius patebit et omnes huius tres gradus ad ius naturae pertinent sed inter istos gradus est differentia quia propositiones 1<sup>o</sup> gradus sunt per se note et secundum se et quoad nos quare in illis nulla potest esse ignorantia invencibilis etiam inter barbaras nationes. propositiones vero 2.<sup>o</sup> gradus sunt quidem per se nota secundum se et sunt etiam notae quoad nos ut in plurimum nisi forte inter aliquos barbaros ex maxima offuscatione luminis naturalis desit ejusmodi cognitio sicuti inter germanos olim furtum non reputabatur peccatum ut docet S. Thomas 12 q. 94 ar 4, verumtamen quia ista etiam et evidenter et proxime colliguntur ex principiis nam vix credo ignorantiam invencibilem admittendam esse circa illa. Illa vero quae sunt 3<sup>o</sup> gradus sunt per se nota secundum se non autem sunt per se nota quoad nos, quare in illis facilius potest admitti

ignorantia invencibilis verum existimo aliquando posse esse ignorantiam invincibilem et circa usuram et circa fornicationem simplicem quamvis raro sit inter fideles admittenda ubi quotidie contra haec vitia predicatur.

2. dubium diximus pertinere ad ius naturale id quod ex primis principiis colligitur quamvis per consequentiam probabilem dubitatur quae probabilitas sit necessaria ut aliquid dicatur pertinere ad ius naturale. respondetur et dico 1.<sup>o</sup> si aliquid colligatur ex primis principiis iuris naturae et ad hoc probandum sint rationes efficaces precipuae si adsit sententia doctorum et peritorum pro parte autem opposita sint rationes debiles illud censendum est esse de iure naturali et facere contra illud est facere contra ius naturae.

Probatur 1.<sup>o</sup> ex illa vulgatissima Aris. sententia indisciplinati ingenii est in omnibus equalem demonstrationem quaerere ergo in rebus moralibus illud existimandum est certum et evidens quod efficacibus rationibus et auctor sententia comprobatur verum quamvis superius ad distinguendos gradus iuris naturae dictum sit ista colligi per consequentiam probabilem tamen hoc in moralibus habendum est pro evidenti in suo gradu. Confirmatur ex Aris. 6 Ethi. 11 asserente in rebus moralibus potius standum esse sententiae auctorum quam demonstrationi naturali. 2.<sup>o</sup> dico si sit dubium de aliqua veritate an colligatur ex principiis naturalibus an non et pro utraque parte sint rationes efficaces et etiam autores et assertores sui neutri parti necessario standum est sed licet utramque sequi opinionem quia utraque est probabilis sed de hac re non est presentis temporis disputare sed 12. q. 17. Adventendum tamen quod ad primum modum probabilitatis censeo pertinere residentiam praelatorum in suis eclesiis ei etiam praeceptum de non habendis multis beneficiis curatis quare ista sunt de iure naturali neque excusantur opinionem facientes etiam si dicant se sequi aliam opinionem probabilem cum illa non habeant rationes adeo probabiles circa

solutionem. Ad 2. est dubium en ius naturale sit immutabile videtur quod sic 1.<sup>o</sup> id quod est necessarium et per se ea vero quae sunt de pro se sunt immutabilia sicut haec proprio homine est animal rationale est omnino immutabilis quia est per se ergo 2.<sup>o</sup> ea quae sunt de iure naturali sunt indispensabilia ergo sunt immutabilia consequentia est nota quoniam id quod est dispensabile est mutabile de illico in licitum antecedens probatur quoniam pracepta decalogi sunt de iure naturali et tamen sunt indispensabilia ut docet S. Thomas 1.<sup>a</sup> 2.<sup>ae</sup> q. 100 ar. 8/. 3.<sup>o</sup> si aliquis ius naturale possit mutari maxime illud de quo S. Thomas loquitur ad 1 nempe de redditione depositi sed hoc est immutabile ergo minor praeter ius naturale est depositum esse redendum quando et ubi oportet sed hoc omnino est immutabile et semper obligat, in opinionem est S. Thomae hic ad primum. Pro hujus explicatione est notandum quia sicut in physicis quaedam sunt adeo necessaria quae per nulla potentiam possunt aliter se habere ut quod Deus sit. Alia vero SUNT necessaria ita quod licet naturaliter non possint aliter se habere tamen per Dei potentiam mutari possunt ut coelum esse angelum esse. Alia vero et ultima quae licet regulariter et communiter contingent tamen aliquando etiam naturaliter mutari possunt ut quod homo habeat quinque digitus in manu. Ita similiter in moralibus aliqua sunt adeo necessaria ut per multam potentiam mutari possint quia vel sunt adeo intrinsice bona ut opposita illorum nunquam liceant vel sunt adeo intrinsice mala ut ipsam nunquam liceant hujusmodi sunt non solum illa pracepta communia quod tibi non vis etc. Sed etiam omnia pracepta decalogi et aliqua quae ex illis inmediate deducuntur ut praceptum contra usura et contra fornicationem simplicem alia vero sunt quae licet per naturam non possint licere tamen ex divina dispensatione fiunt licita exemplum est in pluralitate uxorum secundum legem communem non licet simul habere plures uxores et tamen ex dispensatione divina aliquando olim fuit licitum,

est etiam exemplum in occisione innocentis quem non licet occidere secundum legem communem et tamen ex dispensatione divina Abraham poterat et volebat occidere Isaac. Denique aliqua sunt quae pertinent ad ius naturae quia communiter et regulariter illa sunt servanda tamen aliquando etiam naturaliter possunt mutari; v. g. depositum reddere est iuris naturae nihilominus si is qui apud me depositum pecunias fiat hostis reipublicae non teneo tunc depositum reddere et hunc pertinent omnia quae iudicantur per virtutem epiqueiae quando si servaret ipsa forma exterior legis fieret contra intentionem legislatoris itaque si legislator tunc non servari in illo casu his supositis sit.

1.<sup>a</sup> propositio ea quea sunt de iure naturali primi generis sunt omnino immutabilia probatur quia per nullam potentiam fieri potest ut sit licitum malum facere neque furari aut fornicari. 2.<sup>a</sup> propositio ea quae sunt de iure naturali 2<sup>i</sup> generis sunt immutabilia secundum legem naturae mutabilia autem ex divina auctoritate, probatur exemplis adductis de pluralitate urum et de occisione innocentis sed advertendum est quod cum dicimus occidere, innocentem licitum esse ex divina auctoritate nolumus sentire Deum posse dispensare in pracepto decalogi non occides sed hoc tamen volumus dicere quia cum Deus sit dominus vitae et mortis potest viam alterius mihi tradere ut ego eum interficiam hoc autem non est dispensare in pracepto sed est mutari materiam praecetti. 3.<sup>a</sup> propositio ius naturali 3<sup>i</sup> generis est mutabile etiam secundum ordinem naturae haec propositio praeter auctoritatem S. Thomae hic ad. 1 probatur Aris. 5 Eth. cap. 1 ubi postquam definitivit quid sit ius positivum refert opinionem quorumdam dicentium nihil esse de iure naturali sed omnia de positivo ait videtur autem omnia esse talia. 1. omnia esse de iure positivo et adducit argumentum eorum quod S. Thomas hic facit primum (70) omne ius est mutabile omne naturale est immutabile ergo. At Aris. explodit hanc sententiam et ait sicut in physicis aliquid dicitur naturale quia frequen-

ter evenit secundum naturam potest tamen nihilominus aliquando mutari adhibet exemplum regulariter homo melius utitur manu dextera quam sinistra nihilominus tamen aliquando contingit etiam naturaliter hominem esse ambidestrum sic dicit in moralibus aliquid dicitur esse de iure naturali quia ut in plurimum est servandum potest nihilominus aliquando mutari probatur rationem ius naturale fundatur in ipsa natura ergo si natura est mutabilis, ipsum ius aliquando erit mutabile, sed natura humana est mutabilis secundum virtutem et vitium ergo ipsum naturale aliquando potest esse mutabile unde sequitur quod in brutis ius naturale est mutabile quia ipsa natura reddit a est inmutabilis, sed advertendum est quod aliqui distinguunt aliud esse de iure naturali esse aliquid et ius naturale esse inmutable aliud vero ipsam executionem iuris naturalis esse inmutablem sicut ar. 1. nos distinximus in rectum iustitiae et executionem ipsius recti, quo supposito dicunt 1.º omne ius naturale est inmutable, dicunt 2.º executio ipsius iuris naturalis aliquando est mutabilis v. g. in exemplo S. Thomae de reddendo deposito dicunt semper est ius naturale depositum esse reddendum, at quod modo teneor exequi hanc redditionem, hoc mutatur quia ille factus est hostis reipublicae at quamvis iste modus dicendi non sit improbabilis tamen ostensum est, est contra S. Thomas et Aris. precipuae quod optime adnotabit Caietanus, hic executio iuris naturalis tunc mutaretur quando impedimentum teneret se ex parte exequentis ut in eo qui factus est impotens ad solvendum depositum at in casu S. Thomae non est impedimentum ex parte exequentis sed est parte eius cui esset reddendum depositum quia ille mutatus est de amico reipublicae in inimicum unde cum iustum constituatur per ordinem ad alterum facta mutatione alterius ad quem est ordo, mutatur ipsum iustum et non solum executio iuris.